

Das Siegel des Königs ist zerbrochen.

(Urf. im K. u. S. Arch. Schles. Invent. I. Tit. I. Nr. 2. — Rz. — König, deutsch. Reichsarchiv XI, 202; Beckler, Stemma Ruthenicum, S. 264.)

CLX.

Heinrich der Ältere und Heinrich der Jüngere, Bögte von Plauen, eignen die von Albert von Weißenbach dem deutschen Orden zu Eger vermachten Güter zu Buchbach (bei Selb in Baiern) dem deutschen Hause in Eger zu. Plauen, den 29. April 1304.

Nos *Heinricus senior* et *Heinricus Junior Aduocati de Plawe* vniuersis presentium inspectoribus volumus esse notum quod cum, *Albertus de weissenbach* vniuersa sua bona, in villa dicta *Puchbach* sita nunc desolata, que a nobis. Jure feudali habuit et possedit. Honorabilibus viris, fratribus domus Theutonice. *Egrens.* in remedium sue anime erogauit. Nos ad instanciam, et petitionem predictorum fratrum. quos fauoris plenitudine amplectimur. ipsis et prefate domui, ob remedium nostrorum progenitorum beate memorie, et propriam nostram salutem necnon ob reuerenciam dei genitricis, virginis gloriose. pariter quam beati, *Nicolai episcopi*, ibidem patroni eadem bona de consensu, et consilio nostrorum familiarium, tytulo appropriacionis conferimus et donamus. Ne autem dicta nostra appropriacio et donacio a quocunque possit inposterum irritari presentem litteram eisdem fratribus, et domui ipsorum sepedicte, dari fecimus nostrorum sigillorum munimine roboratam. Testes huius appropriacionis sunt frater *Heinricus de kurwitz.* commendator. domus. Theutonice, *plawensis.* frater. *Johannes. de Artern.* frater *Lutoldus de Milin.* *Heinricus de Ekepuont.* *Conradus de Machwitz.* Milites nostri dilecti. et quamplures alij fide digni. Datum *plawe.* Anno ab incarnatione domini M. CCC. III. III. kalendas Maij.

Zwei gelbe Wachsiegel: 1. dreieckig; Bild: der aufgerichtete nach rechts schreitende Löwe mit Stechhelm, auf welchem rechts 4 gespiegelte, links 4 glatte Pfausfedern; Legende: S. HEINRICI. ADVOCATI. DE. PLawe. 2. eiförmiges unten zugespitztes Siegel; Bild: Löwe mit dreizackiger Krone; Legende: S. IWENIS. HEINRICI. ADVOCATI. DE. PLawe. Vergl. Urf. Nr. CXXXIV.

(Urf. Nr. 1753a im H.-St.-M. Dresden. Ein Transsumt findet sich in der Urf. Nr. 1753b, einer Urf. der Egerer Ratsherrn „in Crastino Inuentionis sancte Crucis Anno domini M. CCC. LVIII. [den 4. Mai 1358].)